

imperio coactus contra propriam voluntatem exiret ab homine, & cum iussu esset a Domino obmutescere, inconditus stridore personante, nihil tamen expressit, nec significavit, ut bene notavit Euthymius. Clamavit, inquit, voce magna flagellatus imperio dominico, non dixit tamen, quid clamaverit, eo quod voces nihil significantes ediderit rextus, & exiit ab eo. & homo perfecta sanitate restitutus est. Titus Bostren. Etenim animo restitutus homo, mentisque corpus effectus; sobrius, modestique viri oratione utebatur.

Euthym.
Bostrenf.

QUESTIO VII.

Quare Diabolus discerpens egrediat ab homine?

36. **I**n expositione explanavi, quod Diabolus ab homine exiens divina virtute est impeditus, ne homini nocentem inferret, ut patet ex textu Lucae. Tamen totus temulentus Diabolus, ac maxime furibundus hominem in medium projecit, ac ejus membra in varias partes distraxit; & in horribiles, ac tremebundos motus prodire fecit. Cur autem Christus Dominus hoc permisit inquiramus.

Lucas.

37. Primum, ut cunctis fieret manifestum, quod ille homo obsessus fuerat a Dæmone. Secundum, ut ait Euthymius, ut Dæmonis istius malitia demonstraretur qui tam furibundus erat; ex eo, quod ab homine exibat. Tertium, ut ipse Euthym. & Theophylactus docent, ut cunctis patefieret quod non sponte, sed Christi virtute ejectus, ac superatus ab homine exibat. Quartum. Cajetanus ait: Permisit Jesus hominem illum affligi in modo exeundi, cum ut discerneret spiritus immundus ab spiritu hominis, & cognosceretur, quod non homo ille ex spiritu proprio, sed ex Dæmone dixerat, quod dixit. Tum ut cognosceretur, a quanto malo liberaverit eum.

Euthym.
Theophyl.

Cajetan.

38. Polchre Victor Antiochenus in Marcum. Cur Dæmon, ait, obsessum hunc fudit in terram? Dominus ob id illum saltari, discerpique passus est, ut omnibus palam fieret; Dæmonem fuisse, qui dicebat, Scio quia sis Sanctus Dei, & non hominem, tamen si ea sobrietatis verba essent. Ita Diabolo tumultuatur permittum est, ut hominem discerpere videretur, ut cunctis aptissime esset notum, quod Diabolicus spiritus in homine erat, in quo verba tantum ab operibus discrepabant; nam cum haberet bona verba cum sobriis, piis, ac sanctis. Scio, quod sis Sanctus Dei; tamen cum his conjungebat opera plena furoris, malignitatis, ac indignationis, & non potest deesse diabolicus spiritus, ubi cum placidis verbis crecentissima opera connectuntur.

Diaboli est cum bonis verbis, mala contingere opera.

39. D. Gregorius homil. 12. in Ezechiel. Quid est, ait, quod obsessum hominem antiquus hostis, quem possessum non discerpserat, deserens discerpit, nisi quod plerumque, dum de corde expellitur, acriores in eo tentationes generat, quam prius excitaverat, quando hoc quietus possidebat. Quando aliquis in lagena Diaboli irretitus est, inimicus placidus, ac quietus est. At verò si homo ab illis laqueis se expedire vult, & nequitiam suam deponere affectat, tunc tota Diaboli tempestas contra eum exoritur, & acriores tentationes insurgunt, & ve-

Cum homo exiit a potestate Dæmonis, tunc illo tumultuatur.

hementiores impetus fiunt. Et ideo quando diabolus obsidebat hominem, ipse quietus in uno loco residebat. At ubi imperio Christi iussus est exire, totus furibundus Diabolus hominem ingenti conatu in medium projicit, veluti eum discerpere videretur.

Ait Jeremia 4. num. 19. Ventrem meum, ventrem meum doleo, sensus cordis mei turbati sunt in interem. 4. me, non tacebo, quoniam vocem buccine audio in anima mea; clamorem prelii, &c. Cum totus Israël esset in angustia pontus, tamen præ omnibus Propheta majoribus doloribus tenebatur, & præcipue ventris vehementiore, eum vexabant, ita ut ipse clamaret: Ventrem meum doleo, ventrem meum doleo. Sed cur in ventre gravius torqueretur, cur ibi acutiores crescunt dolorum stimuli? Erat Propheta tanquam pater divina dispositione constitutus, ut eos veluti in utero suo asportans regeneraret in Deo, ut deponentes nequitiam, ad viam salutis reduceret, & cum jam in proximo esset, ut ij, quos Propheta moraliter in utero habebat malitiam dimitterent, at abjicerent, inde crudeliter nequitia sæviebat, ac magnas commotiones, alterationes excitabat, unde graves dolores in utero Prophetæ congemminabat, quia ibi homines tanquam in genituali seminario æternæ salutis, deposita, nequitia, gratia Dei formarentur. D. Ambrosius lib. de fuga saeculi cap. 7. pulchre ait, Dilectum videtur, quod in libro prophetico legimus, Ventrem meum doleo, ventrem meum doleo, quia id nequitia vestigiis proculcatur, simulatur unguibus processu quodam improbitatis, incrementoque concutitur, ubi est genitale seminarium posteritatis æternæ. Preciosus enim mentis uterus est, in quo secunda seges consiliorum verbi semine pullulare consueverit, atque virtutum, ac disciplinarum quedam membra formari. Pondera illa verba, Ubi est genitale seminarium posteritatis æternæ. In quo homines ex sua vetustate reformabantur in gratia, ibi nequitia adversa, ut dolores, ac anxietates excitabat.

40. Dum nequitia deponitur, maxime malignus savit.

Peccavit primus homo, & miserimè tenebatur captivus sub durissimo jugo Diaboli, quo ipse inimicus contentus quiescat, ac cum Dei miseratio disponit subvenire homini, ait Deus ad serpentem, Inimicitias ponam inter te, & mulierem, semen tuum, & semen illius, ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo ejus. Gen. 3. num. 15. Quis provocat Diabolum, ut tor insidias, ac contrarietates in hominem machinetur? Nil aliud hoc bellum movet, nisi, quod homo Dei gratia adjutus velit illud tyrannicum jugum à se excutere, quo violentus inimicus maxime sævit, ac mille nocendi artes, ac astutias, & bella in hominem molitur. D. Ambrosius proximè citato loco. Cum Deus, ait, malitiam reprimebam, interimque abolendam putaverit, ait ad serpentem. Inimicitias ponam inter te, & inter mulierem, &c. Ubi inimicitia sunt, ibi discordia est, nocendique studium. Ubi nocendi studium, ibi malitia ponitur. Ergo discordia inter serpentem, & mulierem, discordia malitia subest.

41. Genes. 3.

Marc. 1. n. 27. Et mirati sunt omnes, ita ut conquirent inter se dicentes: Quidnam est hoc? Quænam doctrina

doctrina hæc nova? quia in potestate, etiam spiritibus immundis imperat, & obediunt ei?

probandi, sicut fecerunt illi alij Arcopagite, Ait. 17. n. 19. & 20. Sed ut bene notant Cajetan. Maldonat. nus, Maldonatus, & alij, animo laudandi, ac admirandi: nam illi sæpe suos scribas docentes audierant, immò & magnam Baptistam prædicantem, & isti solum docebant; tamen tale signorum operationem cum sua doctrina minime conjungebant, qualem Christus efficiebat, quæ, & doctrina sua confirmabat; D. Lucas hanc historiam scribens, ait, Quodnam est hoc verbum? Ubi verbum pro doctrina ponitur, ut observat Euthym. thymius, quod enim Deus docuit, Verbum Dei dicimus.

Cajetan.
Maldonat.

ibid. num. 28. Et processit rumor ejus statim in omnem regionem Galilææ.

VERSIONES.

Syriacus. Et obstupuerunt omnes, & alius aliū interrogabat, ac dicebat, Quidnam est hoc, & quænam est hæc doctrina nova, ut cum imperio etiam ipsiusmet spiritibus immundis præcipiat, & pareant ei?

Vatablus. Quod cum auctoritate etiam spiritibus immundis imperat. Theophylactus, Emanavit autem fama ejus statim in totam undique regionem Galilææ finitimam.

Græcus. In totam regionem circumjacentem.

ALTER TEXTUS.

Lucæ 4. n. 36. Et factus est pavor in omnibus, & colloquebantur ad invicem dicentes: Quod est hoc verbum, quia in potestate, & virtute imperat immundis spiritibus, & exeunt?

Ibid. num. 37. Et divulgabatur fama de illo, in omnem locum regionis.

EXPOSITIO.

42. **I**so tanto miraculo, ait D. Marcus, mirati sunt omnes, seu obstupuerunt, ut habet Syriacus; D. vero Lucas scripsit: Factus est pavor. Quod optime cohæret cum Divo Marco, nam stupor, seu admiratio in radice Græca non significat qualemcunque admirationem, sed conjunctam cum religioso metu, ac pavore, qualem visus Dei mirabilibus prohi concipiunt; & admirati erant, ut bene ait Victor Antiochen. non solum ex his quæ audierant, sed etiam quæ propriis oculis viderant; ut conquirent inter se. (Nam proprium est eorum, qui admittantur se mutuo interrogantibus interpellare.) Quænam doctrina hæc nova? doctrinam Christi appellant novam, non animo dubitandi, calumniandi, ac recalcitranti in Evang. Tom. II.

Syriacus.
Antioch.

43. Quia in potestate. Ecce explicant rationem suæ admirationis, quia potestate, imperio, ac auctoritate, tanquam Dominus imperabat spiritibus immundis. Et sæpe homines imperant, & tamen sua mandata non habent auctoritatem, ac efficaciam. Aliter tamen Christi verba tantam habebant potentiam, ut illis auditis, (ut ait D. Marcus) Dæmonia obediant. Et Lucas ex eum. Et quamvis excorsitæ Iudæorum Dæmonia ejicerent, ut notat D. Chrysostr. hoc erat orationibus, ac deprecationibus. Christus autem, ut supremus D. imperio utebatur, & ideo bene dicunt turbæ, Spiritibus immundis imperat, & obediunt.

43.

Et processit rumor, seu ut habet Græcus, fama: ex tanto miraculo perpetrato in civitate Capharnaum divulgata est fama, non solum in ipsa civitate, sed, ut ait Evangelista, in omnem regionem Galilææ, seu in regionem circumjacentem sparsa est fama per totam illam provinciam Galilææ, in qua nomen Christi, maxime celebrabatur, ita ut ad eum adducerent omnes agrotos, ac Dæmonia habentes, ut explicat D. Marcus hoc cap. 1. n. 31. de quo latè, & alia multa ad hunc locum spectantia erit dicendum e. seq. à q. 9.

Græcus.



CAP. XXII.

A febris dimittitur socer Petri.

Luc. 4. n. 28. Surgens autem Iesus de Synagoga, introivit in domum Simonis, Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus: & rogaverunt illum pro ea.

VERSIONES.

Syriacus. Quomque egressus fuisset Ieschna è Synagoga, introivit domum Schemoëum: socrus autem ipsius Schemoëum premebatur febris maxima; & rogaverunt eum in gratiam illius.

V u Vatablus

Verablis.

Cum surrexisset autem Jesus, e Synagoga, &c. tenebatur febrim magna.

Arias.

Detenta febrim magna.

ALTER TEXTUS.

Matth. 8. n. 14. Et cum venisset Iesus in domum Petri, vidit focrum ejus jacentem, & febricitantem.

Mar. 1. n. 29. Et protinus progredientes de Synagoga, venerunt in domum Simonis, & Andreæ cum Jacobo, & Ioanne. Decumbebat autem focrus Simonis febricitans: & statim dicunt ei de illa.

EXPOSITIO.

URGENS autem Iesus. Postquam Dominus admirabilem edidit conuersionem, ad miracula devenit, hominem a dæmone liberat; & focrum Petri febricitantem sanat, docens nos, quod cum sermone coniungenda sunt opera. Inuocavit in domum Simonis, quod dicitur, non quia tunc esset domus Simonis, cum iam reliquisset omnia; sed quia antea fuerat domus Petri, & Andreæ, ut clarius explicat D. Marcus. Et venit in domum illam, ut mulierem agram sanaret atque ut cibum sumeret. Et non venit ad hoc in domum alicujus diuitis, vel opulenti; plus namque amat pauperes, egrotos, atque lugentes. Socrus autem Simonis. Ejus proprium nomen non exprimitur, sed socrus Simonis dicitur, cujus affinitate magnam nobilitatem habebat. Tenebatur magnis febribus. Ait Albertus Magnus in cap. 8. Astuabat magnis febribus, ut inde maxime ad misericordiam moueretur Dominus, magisque appareret magni miraculi effectus potentia Domini. Et non dicitur, quod mulier tenebat febrim, seu laborabat febrim, sed tenebatur magnis febribus. Febris, ait D. Ambrosius hoc loco, nostra avaritia est; febris nostra libido est; febris nostra luxuria est; febris nostra ambitio est. Eleganti dicendi modo profertur: Tenebatur magnis febribus, ut denotetur animus cupiditibus obnoxius, a quibus tanquam compedibus coarctatur, ac retinetur. De bonis fortunæ pulchrè ait Senec. ep. 8. Quisquis nostrum tutam agere vitam valet, quantum plurimum potest, ista viscata beneficia deuict: in quibus hoc quoque miserimi fallimur, habere nos putamus, & habemur. Hæc moraliter sunt dicta. Hæc autem anus probata, & honesta mulier erat, utpote socrus tanti viri, & tamen tot languores, ac infirmitates patiebatur: iusti enim multos semper labores, afflictionesque sustinent. Rogauerunt eum pro ea, scilicet Andreas, Jacobus, & Joannes, & fortasse alij, qui aderant. Et rogauerunt Apostoli pro illa fundati in fide, potentia, ac misericordia Dei, quam iam agnoscebant;

Cum sermone coniungenda opera.

Nomen mulieris non exprimitur. Alb. Magn.

Magna necessitas Dominum alliciat. Ambros. Peccator a vitiis tenetur, ac astringitur. Seneca.

Beati labores patiuntur.

& etiam commoti miseratione infirmitatis mulieris Rogauerunt eum, ut ait D. Bonavent. quærens Bonavent. Deus uult enim Dominus uelit dare, uult tamen rogari, ut nostrum meritum assequi mereamur. Itai. 4. 8. n. 9. Inuocabis, & Dominus exaudiet, clamabis, Itai. 4. 8. & dicit: Ecce adsum. Quam utilis, ac frugifera est Sanctorum conjunctio, atque oratio. Quia Apostoli erant simul cum infirma, statim rogant pro ea. Et ut ait D. Ambrosius lib. de uidiis. Virtutis cognatio facit proximus, Ama Apostolos, ut pro te rogent, & recedent cupiditates tua.

Moraliter uero hæc exponuntur à Beda. Haymone. Hugone, de Synagoga Judæorum uenit Beda. Dominus in domum Simonis, hoc est, in Ecclesiam Catholicam, ut ibi requiescat, à cibo reficiatur cum suis Apostolis: quia, non in Synagoga, sed in Ecclesia Catholica, ut in gremio iuxta dilectissimæ sponsæ, requiescit Dominus, & exultat, suoque diuino cibo reficit, ac recreat. Et non dicitur, discessit, vel abijt de Synagoga in domum Petri, sed dicitur surgens de Synagoga introiit in domum Simonis. Quia quoad nos maxime exurgit, ac exaltari uidetur Dei maiestas, dum de Synagoga transiit in domum Simonis, quam acquisiuit, ac fundauit sanguine suo. Et rectè Ecclesia dicitur domus Simonis, cum ipse sit in seculum eius caput. Et bene princeps Ecclesiæ dicitur Simon, hoc est, obediens, in exemplum omnium Prælatorum, qui quamuis sint in apice dignitatis, non insolecant, sed sint obdientes legi diuinæ, ac mandatis Dei.

Notandum, quod Dominus tripliciter sanat. Primò, & multoties sine precibus, sua clementia motus, ut Dæmoniacum, de quo agit Lucas 4. n. 33. Paralyticum piscinæ, Ioan. 5. Secundo, & aliquando precibus alienis, ut hic fecit cum socru Petri. Tertiò motus precibus propriis, ut legitur de leproso. Sic ad animas peccatrices sanandas tripliciter mouetur. Primò sua clementia, secundo oratione Ecclesiæ, tertiò interueniente proprio gemitu. Sic ait Dominus Regi Ezechie 4. Reg. 2. n. 5. Audi uocacionem tuam, & 4. Reg. 20. uidi lachrymas tuas: Ecce sanauit te.

QUESTIO I.

Qualis esset socrus, uxor, ac matronam Petri?

SOCRUS Petri pia, & honesta mulier erat, utpote cognata tanti viri, tamque sanctarum mulierum, ut statim dicam. Mater Aristobuli fratris Barnabæ Apostoli, uxor fuit, ut colligitur ex Metaphraste infra citando: modo uero uida erat, ut docet D. Ambros. lib. Ambros. de uidiis: Qua nunc sanata est, uida erat. Inuò aduerte, quod proprium miraculum à Domino in muliere operatum, fuit in hac uida languente, quia uida calamitas ad sui miserationem maxime mouet. Hanc mulierem moraliter interpretatur Eusebius Gallicanus homil. in feria 4. post 3. Dom. Quadrag. Petri uxor, ait, Ecclesia est, Euseb. quoniam ei à Domino specialiter tradita est. Eius igitur socrus est Synagoga, quia ipsa est mater Ecclesiæ. Unde eadem in Canticis Canticorum Dominus ait: Sub arbore malo suscitavi te, ibi corrupta est Indorum mater tua, ibi violata est genitrix tua. Hæc autem Synagoga tenet in domo Petri, & febricitat, quoniam infirmatur usque

Bonavent. Deus uult nostrum meritum assequi mereamur. Itai. 4. 8. n. 9. Inuocabis, & Dominus exaudiet, clamabis, Itai. 4. 8. & dicit: Ecce adsum. Quam utilis, ac frugifera est Sanctorum conjunctio, atque oratio. Quia Apostoli erant simul cum infirma, statim rogant pro ea. Et ut ait D. Ambrosius lib. de uidiis. Virtutis cognatio facit proximus, Ama Apostolos, ut pro te rogent, & recedent cupiditates tua.

Ambros. Virtutis cognatio facit proximus, Ama Apostolos, ut pro te rogent, & recedent cupiditates tua.

Deus magni in seculum eius caput. Et bene princeps Ecclesiæ dicitur Simon, hoc est, obediens, in exemplum omnium Prælatorum, qui quamuis sint in apice dignitatis, non insolecant, sed sint obdientes legi diuinæ, ac mandatis Dei.

Notandum, quod Dominus tripliciter sanat. Primò, & multoties sine precibus, sua clementia motus, ut Dæmoniacum, de quo agit Lucas 4. n. 33. Paralyticum piscinæ, Ioan. 5. Secundo, & aliquando precibus alienis, ut hic fecit cum socru Petri. Tertiò motus precibus propriis, ut legitur de leproso. Sic ad animas peccatrices sanandas tripliciter mouetur. Primò sua clementia, secundo oratione Ecclesiæ, tertiò interueniente proprio gemitu. Sic ait Dominus Regi Ezechie 4. Reg. 2. n. 5. Audi uocacionem tuam, & 4. Reg. 20. uidi lachrymas tuas: Ecce sanauit te.

Quæ socrus Petri.

usque hodie inter Christianos Synagoga infirma moratur.

Uxor Petri matrona præstantissima, filia relati Aristobuli, ut testatur Simon Metaphrastes in uita S. Petri. Hoc tempore uocacionis Petri mortuam esse, uidetur significare D. Hieronymus lib. 1. aduersus Iovinianum. Possimus autem, ait, de Petro dicere, quod habuerit socrum eo tempore, quo creditur, & uxorem iam non habuerit. Tamen, eam tunc uideri, & postea pro Christo martyrio coronatam fuisse, scribit Clemens Alexandrinus lib. 7. Stromatum, & refertur ab Eusebio lib. 3. Histor. cap. 30. & à Baronio in Martyrologio die 31. Maij. Quam, cum uideret D. Petrus ad mortem pro Christo rapi, ualde lætus eam esse ad martyrium exhortatus. Ex ipsa, & D. Petro orta est sancta Petronilla, quæ etiam pro Domino passa est, ut habetur in Martyrologio Romano die 31. Maij.

Petrus, licet antequam sciret Evangelium, habuerit uxorem; tamen ubi primum à Christo uocatus est, eam reliquit quoad officium conjugale, & deinceps perpetuò castitatem seruauit. Et si quis ex Apostolis uxorem habuit, ante suam uocacionem; tamen postquam assumptus est ad Apostolatam, idem fecit, ac Petrus. Ita docent D. Hieronymus lib. 1. ad Iovinianum. & Epistol. 34. ad Julianum, & Epistol. 50. ad Pammachium. Tertullianus lib. de Monogamia, cap. 18. Petrus, ait, solum inuenio maritum per socrum. Ceteros, cum maritos non inuenio, aut spudones intelligam, necesse est, aut continentes. De hoc alibi latius dicam.

Dispouit diuina providentia, ut Petrus esset uxoratus, tam ad nobilitandum ipsum matrimonium, cum etiam ad animandum conjugatos, quia in eis pullulare potest ipsa perfectio uirtutis, quæ in uirginibus reperitur. De dilecta Virgine sua sponsa ait Christus Dominus, Hortus conclusus soror mea sponsa, Cantic. 4. n. 12. Cujus sensus est, ut docent D. Nazianzenus Orat. in laud. Cypriani D. Ambrosius lib. 3. de uirginitate. D. Hieronymus Epistol. 22. ad Eustoch. quod ita uirginitas sponsa erat clausa, & custodia omni appetitui, sicut hortus muratus, & septus qui foribus est inaccessus, Susanna autem conjugata, cum esset in hortu, seu pomatio, Daniel. 13. num. 12. & petulanter invaderetur à senibus, fuit etiam hortus conclusus, siquidem aditum ad ipsam inordinatus appetitus habere non ualuit. At ipsa uirtutis magnanimitas, quæ reperitur in sponsa uirgine, etiam inuenitur in sponsa maritata? Maxime. Quia ad sublimitatem uirtutis, quæ in uirgine oritur, maritata ascendere potest; siquidem in omni statu ac conditione maxima obsequia Deo præstare ualemus, D. Ambrosius lib. 7. Epistol. 42. De uirgine anima, uel Ecclesia, quam uolebat uirginem castam assignare Christo, ait: Paradisus conclusus soror mea sponsa. Paradisus Græcè, Latine hortus dicitur. Denique Susanna in paradiso erat, & sic legitur Latine. Ibi ergo est casta uxor, ubi uirgo.

Coniugati possunt Deo seruire, ut uirgines.

Ambros.

9.

Apparuerunt cum Domino Moyses, & Elias. Matth. 17. num. 3. Sed cur uiri diuersa conditione uocantur ad tantam gloriam, ac ad tantum concilium; Virgo erat Elias, conjugatus Moyses. Cur ergo non uretur uirgo ad tantum candorem maiestatis ascendantur? Quia, si uirgo placet, uxoratus non displicet: & ideo uterque æquali modo ad obsequium Domini uocatur. D. Joan. Chrysostomus in Euang. Tom. II.

solomus serm. contra Judæos. Nis cognoscere, ait, Chrysol. quod nihil nocet habere uxorem, & pueros? Moyses nomen uxorem habuit, & liberos? Elias nomen uirgo erat? Nonne Moyses mamma à calo deduxit? Nonne Elias ignem de calo deduxit? Nonne Moyses locutus est Deus? Nonne cum Elia conuersatus est? Nonne Moyses mare diuisit, & traduxit Populum? Nonne Elias curru igneo in calum subleuatus est? An nocuit huic uirginitas? An impedimento fuerunt illi uxor, & liberi?

QUESTIO II.

Quare dicatur domus Petri, cum ipse iam reliquisset omnia?

OBITER hic notandum est, quod hæc domus Simonis erat in Capharnaum, è cuius Synagoga postquam Dominus in ea prædicauit, uenit in domum Petri, ut ibi prandium sumeret, ac proinde quamuis Petrus, & Andreas essent ex Bethsaide, Joan. 1. n. 44. tamen habitabant in Capharnaum, seu ualde propè ipsam, propter piscationis commoditatem; erat enim Capharnaum sita ad oram maris, seu lacu Genesareth. Et in eadem ciuitate in domo Petri celebre templum constructum fuisse ab Helena in honorem Apostoli, testatur Nicephorus lib. 8. cap. 30.

Quæstio præsens est. Quomodo Dominus dicitur ingressus domum Simonis, siquidem ipse cum fratre suo Andrea, reliquis omnibus secuti sunt eum. Matth. 4. n. 20. & n. 19. & n. 27. ipse dixit: Reliquimus omnia, & secuti sumus te: Respondeo primò, quæ est communis solutio, quod domus dicitur Petri: non quod tunc esset, sed quod antea fuisset, & quia, cum uxor, & focrus ejus pauperes essent, eis fortasse Petrus eam reliquit, & ideo ab aliquibus adhuc poterat existimari domus Petri, quia ipse iam omnia reliquisset, ac dimissa haberet.

Secundo Petrus reliquit domum suam, & nunc supponitur, eam habere: Petrus pro Christo reliquit pauperem domum; & nunc dicitur, habere domum omni palatio præstantiorem, in quam intrat Iesus, requiescit Deus, & multis bonis diuina eam bonitas replet. Felix negotiatio, aliquid pro Deo relinquere: quia illud non amittes, sed potius maxime duplicatum recipies. Ex Dei mandato Moyses tendens in Ægyptum suas, quas in monte Horeb ducebat, oves reliquit Exod. 3. n. 1. Quid tunc amittit eas? Minime, sed potius factum est, ut sexcenta Israëliti populi hominum millia exceptis paruis, & mulieribus, ei in oves fierent ut ipse eorum dux, pastorque esset. Relinquens paruum gregem, ualde magnum, & pretiosum inuenit, cujus Deus habitabat in medio.

Tertiò. D. Hieronymus Epistol. 20. de uera Circuncisione, quæ habetur 4. tom. Post latam collationem inter Abrahamum, & Petrum. Uterque relinquit sua. Ait S. Pater: Abraham reformatur in Petro: omnia se reliquisse, testatur: non in alio fluctuat, aris cura non geritur, nec socrus agræ sine Domino uisitur: omnis singularis uiri affectus in Christo est, hunc sequitur substantia contempnit, studij negligens, assinitatis oblitus: & id, quod Abrahæ, ut faceret, imperatum est, hic iam fecisse non celat: Reliquimus omnia, & secuti sumus te. Considera illa uerba: Nec socrus agræ sine Domina

Ubi erat sita domus Petri.

Nicephorus. Germanus solutio.

Quæ pro Deo reliquimus, aut recipimus.

Hieron.